



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 90. Principum atque Illustrium decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](#)

Sæc. XVIII. et si illos velut sua pignora diligeret,
A. C. 1722. ad rigidam Ecclesiæ disciplinam proprio virtutum exemplo, morum innocentia, crebris sermonibus, & vigilatia Pastorali revocare non desituit. Insuper in quatuor Congregationibus suffragium tulit, binisque sacris communionibus interfuit, nulli tamen parti, sed in meritorum splendori intentus. Denique vero quarta post Fratris sui obitum die ipse metu ad veria valetudine pressus, Petavii die nona Augusti ætatis suæ sexagesimo quarto decepsit, in gentilium tumulo sepultus.

Præter Muratorii anecdota Graecorum insuper suis sumptibus summam Dictionem Thomæ Aquinatis in Seminarii sui Typographia excudi curabat.

§. XC.

Principum atque Illustrium decepsit.

*Hist. Univ.
t. 8. Pe-
riod. II.
p. 636.
Gottfrid.
Hist. Chron.
cont.*

Inter Principes hoc anno denatos principes numerantur sequentes, acquidem primo Carolina Elisabetha Contissa Palatina Rheni Coniux Philippi I. Aurelianensis Ducis, qui unicuius Ludovici XIV. Regis Frater erat: Decesserat die septima Decembris anni nata septuaginta & unum. Hujus obitum præcesserant die vigesima quinta Januarii Joachimus Fridericus Dux Hol-

sato - Plonensis. Parisiis die decima ^{Sæc. XVIII.} octava Februarii Carolina Amalia nata A.C. 1722. ex Carolo Landgravio Hsso - Waufridio, & Francisci Leopoldi Ragoczy Transylvaniæ Principis Coniux. quæ Viennæ Cæsar is jussu in Monasterio ad Portam Cæli inclusa, postea annuente Imperatore quinto post anno unacum Marito suo Ternaviam venit, sed in Bohemia iterum capta, fuga evasit, & primo in Saxoniam, inde Dantiscum, & demum Parisios delata est. Obiit etiam apoplexia tactus die decima tertia Februarii anno ætatis suæ quadragesimo secundo Fridericus Guilielmus Adolphus Princeps Nassovio-Sigensis: Mandriti Maria Ludovica de Silva Ducissa Asidoniiæ: in Moscovia Princeps Petrus Michael Gallyzin, die vigesima prima Martii septuagenaria Dorothea Sophia Brunsvicensis, Joannis Adolphi Ducis Holsato - Plonensis Vidua. Die vigesima quarta Maij Christina Philippi Ernesti Ducis Holsato - Glücksburgensis Coniux, die decima sexta Maij Christina Guielmina Friderici Grahovio-Megalopolitani Ducis Vidua, annos nata sexaginta novem, die septima Augusti Ernestus Leopoldus Dux Hol- sato - Neoburgensis, die decima ejusdem Mensis Olaviae in Silesia Hedwigis Elisabetha, Principis Jacobi Sobiescki
Hist. Eccles. Tom. LXXI. Ff Con-

Sæc. XVIII. Conjux annos nata quadraginta no-
A. C. 1722 vem, Bononiæ mortalitatem exuit An-
gela Catharina Estensis, vidua Ema-
nuelis Ducis Cariniani. Die vigesima
prima Augusti Christina Friderica Fi-
lia unica Henrici Ducis Merseburgensis.
Romæ die vigesima septima Septem-
bris mortuus est Princeps Urbanus Bar-
berini, cuius bona Imperator omnia de-
questri nomine detineri jussit, eoque
Barberinus Cardinalis sui Fratris vel
lus aureum Hispano Cardinali Aqui-
vivæ, non autem Cæsareo Oratori Ca-
dinali Cinfuegos tradidisset. Mortal-
itatem quoque exuit fortunæ fatis ce-
leberrima Anna Maria Princeps Or-
fina octoginta sex annos nata Flavij Or-
fini Ducis Conjuræ, ac denique Wilhel-
mina Carolina Maximiliani Landgravii
Hasso-Casselani uxor nonnisi viginis
septem annos nata, & Joannes Corne-
lius Venetorum Dux die decima tercia
Augusti. Ex Ecclesiasticis primo ob-
die vigesima quinta Decembri Re-
mundus Ferdinandus S. R. J. Princeps
Episcopus Passaviensis, natus Corne-
lius Rabata anno ætatis suæ quinque-
gesimo quarto nondum exacto, post
quam Dei cultum pluribus Templo-
bus aut recens erectis aut exornatis pro-
movit, imminutisque tributis populum
sibi subiectum sublevavit: Succellorū
habitu

habuit Josephum Dominicum Comitem de Lamberg. In Italia deceffere Franciscus Bonaventura Pocri Archiepiscopus Salernitanus, Dominicus Calegarius Siciensis Episcopus, & Durazzius Savonensis Episcopus anno ætatis suæ septuagesimo nono, & Romæ Siecilius Faventinus Theodosiensis Archiepiscopus annos natus octoginta quatuor. In Polonia Tarlo Episcopus Posnaniensis die decima nona Novembris, & Melitæ Zondadarinus Magnus Equitum Melit Magister, cui successit Antonius Manuel Filius Comitis de Villa Flora Lusitanus.

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

§. XCI.

Controversia Academicæ Lovaniensis cum Capitulo Thorenſi circa primas preces.

Jam anno Christi millesimo quingen-
tesimo vigesimo die vigesima No. *Responsum
Juris Espen.
duppl. p. 103.*
vemberis Leo X. Hadrianus VI. & Cle-
mens VII. &c. Romani Pontifices ad
Imperatorum Maximiliani I. & Caroli V.
preces, Decano Facultatis Artium
studii Generalis Lovaniensis concessit,
jus conferendi Beneficia, quæ quotan-
nis Mense Novembri, atque alternis
annis Mense etiam Januario in Urbe,
Patria, & Diæcesi Lovaniensi & Leo-
diensi vacaverint, adeo ut ab hoc De-

Ff 2

cano